

# EPYSTOLA

uato. Non enim vni tribuit Deus omnia,  
vt quodquis non habet in se, vel potest hoc  
vel illud , habeat & inueniat in alio , ne  
quis in sole scat & se efferat: sunt necesse est  
in hac societate humana, diuersi & impa-  
res singulorū seorsim consideratorum gra-  
dus & conditiones, tamen sunt sic inter se  
copulatae & conglutinatae, vt seruant com-  
muni utilitati: præcipue ad Christianæ rei-  
pub. conseruationem , & ad solida Chri-  
stianæ amicitiae vincula. Excellentioribus  
ergo officijs & gradibus ornati abiectionis  
& vilioris sortis atq; conditionis homines  
non aspernētur. Nam Deus istam inæqua-  
litatem ita temperauit, vt Principes rusti-  
cis neutiquam carere possint. Et quemad-  
modum Sol cùm altissimè profectus est in  
Zodiaco, tum tardissimi motus est: ita quò  
Deus aliquem ad altiores & eminentiores  
honorū gradus subuexerit, hoc oportet eū  
animo leniori & minus superbo & elato  
esse. Diuus Paulus ad Ro. cap. 12. Vniuerscu-  
iusq; vocationem & spartam in similitu-  
dine corporis humani graphicè & viuis  
depingit coloribus. Quemadmodum, in-  
quit, membrum nō sibi soli, sed & alijs de-  
seruit, neq; mutuo se commiscet: ita in hoc  
vitæ curriculo habent diuersi diuersas fun-  
ctiones

1020